UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitvlatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Vigesima-secunda Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Visual Library

pontificali prærogatiua. Debet autem maioribus noſtris multum fuiſſe celebris, quia pluſquam in triginta manu ſcriptis eccleſiarum Martyrologijs depoſitionem eius annotatam obſeruaui: in quibus tamen non facile alium ſanctum reperias, cuius natalis alicubi non celebretur. Epitaphium eius ex vaſtatione Gueſica ſupereſt, verſibus Leoninis,

& quæ de eo notauimus ad c. 14. lib. 3. chron. Cameracenſis.

Stirpe decens, veritate nitens, Vualbodo notatur;
Præpoſitus pridem Traiecti rector, & idem
Ob cœlibem ſtatum, poſt hæc recipit monachatum,
Hoc duce proſtrauit Turcos, Cæſarque fugauit.
Leodij præſul Domini pietate ſacratur,
Pauperum ipſe pater, velut Laurentius alter,
In precibus totus, nec ab eis ceſſit ægrotus,
Pacis & ipſe dator, ſed & amiſſæ reparator;
Hac in vrbe pias primus ſtatuit Litanias.
Ad ſanctum Iacobum monachos coëgit in vnum.
Liquit in expenſas nobis marcháſque trecentas.
Sedit epiſcopio ter denis menſibus, in quo
Febre laceſſitus moritur, mirè redimitus.
Ac moriens ferri ſe iuſſit, & hic tumulari.
Poſt obitum varijs micuit virtutibus almis,
Quartanos, rabidos, claudos reparauit, & ægros;
Vnus in his tardus, abbas Trudonis, Alardus,
A phreneſi tactus rediuiuos ſuſcipit artus,
Durandum fregit, quem reddere rapta coëgit.

Vigeſima-ſecunda Aprilis.

De B. Aldeberto, Comite Auſtrouandiæ.

DOnonij, obitus B. Aldeberti, Comitis Auſtrouandiæ, Qui in altare eſt ſubleuatus. Eius autem encomium continetur in vita S. Reginæ, coniugis, ipſis Calend. Iulij.